

DOMINICA

XIV post Pentecosten

AD ECCLESIARUM
CHORALEM GERMANICUM
ADHIBENTIUM USUM

Bund für Liturgie



und Gregorianis


Proprium Missæ
ad usum Ecclesiæ Sancti Nicolai antiquæ Cassiacensis
Schola Cantorum

Gerolitus Ammosaulicus
edidit


Bonnæ ad Rhenum - MMI - Ædibus Bardorum

Ps. 83, 10-11 ⁊ *Ps. 83, 2-3*; **Klnb. 154 v.**

Introitus
IV. Modo



Roté-ctor no-ster,* áspice, De- us, et



rési-pte in fá- ci- em Christi tu- i:




qui- a mé- li- or est di- es u- na in atri-is tu-



is su- per mí- li- a. ⁊ Quam di- lécta tabernácu- la



tu- a, Dómi- ne virtútum! concupíscit et défi- cit ánima me- a



in átri- a Dómini. E U O U A E

Oratio

Custódi, Dómine, quæsumus, Ecclesiam tuam propitiatióne perpétua: et quia sine te lábitur humana mortálitás; tuis semper auxí-

liis et abstrahátur a nóxiis et ad salutária dirigátur. Per Dóminum nostrum.

Epístola (Gal. 5, 16-24)

Lectio Epístolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas.

Frates: Spiritu ambulate, et desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit adversus

spiritum, spiritus autem adversus carnem: hæc enim sibi invicem adversantur, ut non quaecumque vol-

tis, illa faciatis. Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Manifesta sunt autem opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, turpiteria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, irae, rixae, dissensiones, sectae, invidiae, homicidia, ebrietates, comesationes, et his similia: quae praedico vobis,

sicut praedixi: quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Fructus autem Spiritus est: caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Adversus hujusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis.

Ps. 117, 8-9; Klnb. 73 v.

Grad.
V.



B Onum est* confi-de-re in Dómino, quam
confi-de-re in hómi-ne. ✎ Bonum
est speráre in Dómino, quam
sperá-re in princí-pibus.

Ps. 94, 1 et 2; Klnb. 73 v.

Allel.
VIII.



A lle-lú-ja. *ij.** ✎ Vení-te, ex-sul-
té-mus Dó-mi-no, jubi-lé-mus De-o, sa-lu-

tá- ri* no- stro.

¶ Præ-occupé-mus fá-ci-em e- jus in con- fes-si-

ó- ne, et in psal- mis ju-bi-lé- mus* e-

i.

Evangelium (Matth. 6, 24-33)

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, et alterum diligit: aut unum sustinebit, et alterum contemnet. Non potestis Deo servire et mammonæ: Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est quam esca: et corpus plus quam vestimentum? Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt neque metunt neque congregant in horrea: et Pater vester cælestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans potest adjicere ad staturam suam cubitum unum? Et de ve-

stimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant neque nent. Dico autem vobis quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Si autem fœnum agri, quod hodie est et cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei et justitiæ ejus: et hæc omnia adjicientur vobis.

Dicitur Credo.

*Ps. 33, 8-9; Klnb. 52 v.*Offert.
VIII.

Nmít- tit An- ge-lus* Dó- mi- ni in circú-i-tu
 timén- ti- um e- um, et e-rí- pi- et e- os: gu-
 stá- te et vi-dé- te, †quóni- am su-á- vis est
 Dó- mi- nus. † Benedí- cam Dó- mino
 in omni tém- po-re, semper laus e- jus in o-
 re me- o. † Quóni- am. † In Dómi- no laudá- bitur
 áni- ma me- a, áudi- ant mansu- é- ti et
 lætén- tur, magni- ficáte Dóminum me- cum et ex-
 alté-mus nomen e- jus in ín- vi- cem. † Quóni- am.

✠ Accé- di-te ad e- um et illumi-námi- ni et vultus ve-
 stri non erubé- scant, iste pauper clamá- vit
 et Dó-mi-nus exaudí-vit e- um, et ómni-bus tribula-ti-ó-
 nibus e-jus liberá- vit e- um. † Quóni- am.

Secreta

<p>Concede nobis, Domine, quae- sumus, ut haec hostia salutaris et nostrorum fiat purgatio delicto-</p>	<p>rum, et tuae propitiatio potestatis. Per Dominum nostrum.</p>
--	--

Matth. 6, 33; Klmb. 153 r.

Comm. VIII.

Primum quá-ri- te* regnum De- i, et ómni- a ad-
 ji-ci- éntur vo- bis, di- cit Dómi- nus. E U O U A E.

Psalmus 83

<p>Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum:* concupíscit, et déficit ánima mea in átria Dómini.</p>	<p>Cor meum, et caro mea* ex- sultavérunt in Deum vivum. Etenim passer invénit sibi domum:* et turtur nidum si-</p>
--	---

bi, ubi ponat pullos suos.

Altária tua, Dómine virtú-
tum:* Rex meus, et Deus me-
us.

Beáti, qui hábitant in domo
tua, Dómine:* in sácula sæ-
culórum laudábunt te.

Beátus vir, cujus est auxili-
um abs te: ζ ascensiónes in
corde suo dispósuit,* in valle
lacrimárum in loco, quem
pósuit.

Etenim benedictiónem da-
bit legislátor, ζ ibunt de vir-
túte in virtútem:* vidébitur
Deus deórum in Sion.

Dómine, Deus virtútum, ex-
áudi oratióem meam:* áuri-

bus pécipe, Deus Jacob.

Protéctor noster, áspice, De-
us:* et réspice in fáciem Chri-
sti tui:

Quia mélior est dies una in
átriis tuis,* super mília.

Elégi abjéctus esse in domo
Dei mei:* magis quam habi-
táre in tabernáculis peccatór-
um.

Quia misericórdiam, et veri-
tátem díligit Deus:* grátiam
et glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos, qui
ámbulant in innocéntia:* Dó-
mine virtútum, beátus homo,
qui sperat in te.

Postcommunio

Purificent semper et muniant tua
sacramenta nos, Deus: et ad

perpetuae ducant salvationis effec-
tum. Per Dominum.

Omnia jura vindicabimus
© Holger Peter Sandhofe
MMI · Ædibus Bardorum
<http://www.indult-bonn.de>